

Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44)

1) Sacrobüste, Johannes de

Sphaerionem opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Mafleris (nicht: Vitorinus?)

De veritate et philo lethe
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III S. 632

BMB

III,

S. 623

(= 46)

3. Tibullius Albinus:

Ec. 8

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S 27

In nuptias

PIETATE,
VIRTUTE ET

LITERIS ORNATISS. IV.
venis Dn. VVolfgangi, V. cl. Dn. M.
Balthasaris Kiesvvetteri, illustris gy-
mnasij Soraborum professoris
F. Sponsi.

Et

CASTISSIMÆ VIRGINIS
*Margaritæ, honestissimi viri Dn. Ludovi-
ci Nicolai cuius Servestani*
F. Sponsæ.

Carmina conscripta à consangui-
neis & amicis.



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber

M. D. ANNO XCVI.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΗ ΠΑΡ' ΙΩΑΝΝΟΥ ΘΕΟΠΟΛ.
δὲ, ἀντ' εὐφημίας γαμικῆς μεταφραστῆς.

Εἰ μὴ κύριος ὁ κλυτόμητις δώματ' ἐγείρει,
Τεύχοντες περυγίζοιεν, κἄν πλείετα μογοῖει
Εἰ μὴ τῆς πόλεως πυλαῶρος γίγνεταυ αὐτῶς
Νύκτας ἰαύσοιεν νήτην ἐπίθεσι αὐπνῆς.

Οὐκ ἀλεγίζετε τῶν δῶτο τῆ λέκτεριο θορῶντων,
Ἡῶα πρὶν κροκόπεπλον ἀπ' ὠκεανίῳ ῥοάων
Ὀριουάται, εἰ τῆς ποδουδαυδαλέησιν ἔδρησι
Ὅφ' ἐφεζομῆροι, ὀδυῆς μεῖτα σῖτον ἔδρασι.

Τοῖς ἐπίθεσι μῆρτι ὑποδεξαμῆροιτιν ὀπωπαῖς
Ἰπνον μελίχιον, Φιλέει Θεὸς ὄλβον ὀπάζειν,
Τοῖς κτεανόντε κελόν πορῆν πολυφίλτατα τέκνα,
Καὶ τῆς εὐσεβίης θητεῖαν γασῆρος ἀκτῆν.
Τῶν σιβαεσὶ παῖδες βέλεσι περὸσσιν ἄμοιοι,
Τόξων εὐεῖδως τὰ ἀνῆρ τῆς χάρεσιν ἴχει.

Παμμάκαρ ἔτ' ἀνῆρ, Φαρῆτην γέμη οἷο τιῶτων
Μήποτε πεισομῆρων πρὸς γ' ἀίχεσιν ἀλγεα λυγρῶ
Ἀλλὰ κρατησομῆρων ἐχθρῶ θορέτεσιον ἐσ' αὐτῶ.

ΕΥΦΗΜΙΑ ΓΑΜΙΚΗ, AD VVOLF GANGVM
fratrem germanum sponsum.

Aud duo fortuitus coniungit pectora casus,
Sed DEVS, afflatu sic corda cieme, gubernat.
Hinc Margrita tibi placet, atq; ,hanc præter, in urbe
Nulla puella tibi visa est formosior unquam.
Nec tibi amare aliam, nec ab hac discedere fas est,
Hæc tibi prima fuit, nec non sit & ultima coniux.
Coniugio ergo tuo felicibus aduolet alis,
Frater, Amor, dum vos fatalia vincula nectunt,
(Vincula quæ mîncant semper, dum tarda senectus
Inducat rugas) multam & prolem ille ministret,
Ludit, & ante pedes puerorum turba nouella.
Autori thalami sit debita gloria summo,
Cui mea Musa, leuis licet, haud ingrata futura est.

Balthasar Kisevvetter I.V.L.

ΓΑΜΗΛΙΟΝ.

Qui fit, Musa refer, quod stat Tritonia Pallas,
Quodq; Draco niueos pingitur ante pedes?
Cur Diuæ it comes hoc animal, quid lancea, pictus,
Quid clypeus, virgo quæ gerit alma manu?
Sinesis! cerebro Iouis exilijse Mineruam
Produnt; hinc gentes hanc sine matre colunt.
Nam frustra innuptam comitatur Pallada serpens
Insomnis; custos additur ille Deæ.
Non cum perpetuæ celebretur laude puellæ,
Certè opus est armis, peruigiliq; duce,
Vitam fatidicos lucos, quàm templa Deorum
Incolat, & latam tuta peragret humum.
Innuptas vigili decet asseruare puellas
Curâ, his lasciuus retia tendit Amor,

A 2

Hw

His nectit laqueos, quales nec Delia ceruis,
 Quando agit horrifonos per iuga summa canes.
 Nec parcat nuptis; ludit quoque numina technis;
 Quæ Dea cum solo vivere sola potest?
 Hic Deus, igniferum, volitans super æthera, fulmen
 Dissipat: hinc igni est fortior ignis Amor.
 Dira lues hominum, superiorum pestis abysso
 Abde caput nigro! namque Hymeneus adest.
 Nil arcus, nil sæua valent tua spicula Cupido,
 Nil Veneris faciunt, altera tela, faces.
 Hæc contra, sponsorum moderator & autor
 Forte amuletum Iuppiter ipse dedit.
 Non motacillam, nec quod Pegasus fason
 Contra Phasianos præparat arte dolos.
 Sed nitidam inuenit gemmam, propriamque poposcit
 Margaritam: hæc cunctis est medicina malis.
 Maxima debetur thalamo reuerentia iunctis,
 Nec genus in toto sanctius orbe viget.
 Hinc pudor, hinc pietas, hinc est communia seruans
 Fura fides, superis hinc honor, hinc homines.
 Adspice belligeros Romanos, adspice fortes
 Argiuos, sanctè hi quàm coluere torum!
 Magna pudicitie lux est LVCRETIA: maior
 PORCIA: PENELOPE nescit amare dolo.
 Nobilis Euadne haud metuit transire mariti
 Pyramidas, simul & sponte subire necem.
 O priscos hominum mores! ô tempora! amoris
 O vim legitimi quis memorare potest?
 En quam mirificè socium veneretur amorem
 Natura in brutis, piscibus atque maris!
 Cum furit in Venerem, campum relinquit aquarum
 Vipera, & ornatum gramine litus adit.
 Euomit ab stomacho letalia toxica, & alto
 Murenam, tollens sibila magna, vocat.

Conueni:

Conueniunt subito, resonantia murmura miscent,
Appetit amplexus femina læta viri.
Alternum mulier debet præstare marito
Obsequium, uxori masculus atq; sua.
Coniugium careat rixis, omniq; veneno,
Quod socios thalami dissociare solet.
Non debet sponsus placidæ oblatrare maritæ
Ore venenoso, nec pia sponsa viro.
Corpore sint boni: Sit pectoris una voluntas:
Conueniant animi: sic benè cedit opus.
Quis te, sponse, neget felici sidere natum?
Quis neget hæc eadem, sponsa pudica, tibi?
Sai dotata venit virgo; sermone suadam
Mellito superat, qui fluit instar aquæ.
Os, humeriq; Deam referunt: concedite nymphæ!
Et tu, quæ, phrygio iudice, poma tenes!
Quid? Seruestanis tantum est prælata puellis,
Quantum inter Danaas Laodamia nurus.
Huic nihil est vitij, nymphas supereminet omnes,
Ore, nitore, fide, dote, pudore, manu.
Sponsus ab antiquâ desumit origine dotes,
Est diues, doctus, religionis amans,
O ter coniugium felix, totiesq; beatum!
Formoso iuueni pulcra puella datur.
Par benè compositum, hoc casti Deus autor amoris
Protege, conserua numine, Christe, tuo.
Fac desint lites; nec Alastoris ora pudicum
Perturbent thalamum; tolle venena sanum.
Fac soluant thalamo messem, natisq; virescant,
Qui tibi, qui patri carmina grata ferant.
Qui proauum laudeat, & avum pietate grauem qui
Et meritis longa stirpe referre queant.
Qui matrem exhiberent, tradant qui gesta senectæ,
Et faciant clari stemma perenne patris.

*Vive diu, superans longæui Nestoris annos
Sponse, Sibyllinos adde marita dies.
Vivite concordēs placidarum more palumbum:
Vnio sic nomen, rebus & omen habet.*

Gregorius Gutiahr. SS. LL. S. & apostolicâ atq;
imperiali autoritate Notar. pub.

ALIVD.

NON oculis ducis, frater, sed pectore sponsam;
Lumine nam cordis prodita flamma fuit:
Hinc amor, hinc timor est, variè sic vexat amantes
Dulcis amor, torquens corda ligata fide.
Corda ligata fide, sperata ad gaudia noctis
Dum vebit, intendit fertilitate moram:
Corpore iunguntur, iungi qui mente petebant,
Et recreant mentes gaudia mille pias.
Margaris hinc niueo tenebat pollice sertum,
Purpureis miscens floribus arte thymum
Sidereis oculis flagrans quæ fuit amoris
Æqualem, cui moxserta pudore daret:
Serta tibi germane dedit, manibusq; terendum
Pastillum: veri signa fauoris erant.
Tu contra gemmas, & texta monilia gemmis,
Donabas sponsæ, symbola amoris erant.
Singula quid referam: digitos, & eburnea iungunt
Brachia, submisso murmura & ore cient.
Non dicam, quod clàm compressaq; basia figunt,
Currit in amplexus, sponse, marita tuos,
Ergò novis sponsis plena date munera dextra,
Sponsus quod flagret, sponsa quod vrat, habet.
Aspirate leues violæ redolentis odores,
Albaq; purpureis lilia mixta rosis.
Vos Deus ipse regat, votis optata reponat,
Vos socialis amor, gaudia pacis alant.

Vivite

*Vivite Nilidæ tria secula, vivite vatis
Tempora Cumæi, & prole replete domum.
Cetera quæ defunt, addet Deus ipse benignus,
Laurigeram pacem, gaudia mille, polum.*

Ioannes Kiesvvetter. S.

ALIVD.



*Coniugium castum tali modulabor avena,
Quali, pastor oves dum numerare solet:
Est etenim dulcis castè viventibus illud
Ludus, quem nemo se didicisse putet.
Hunc ludum doctus nemo cum ludere solus
Possit, sed qua cum ludat habere decet.
Ergo dum libet, ^{iac} animus tibi ludere suadet,
En nuptam, cum quâ ludere iure queas.
Ludite concordēs, vestro discordia nulla
Sit thalamo. quamvis crux quoq; magna venit:
At tamen est huius ludi moderator & auctor
Christus! qui si vult, omnia iuta manent.
NI DEVS IPSE velit, non fors, non ipsa volebit
Mors atrox vestrum solvere coniugium.
Auspice namq; Deo benè cedunt omnia: quare
Auspex sit Christus, coniugiumq; regat.*

Andreas Ferchland.

ALIVD.



*Haud te sponse, tori leges spreuisse, puellam
Legisse casta sed manu.
Gaudeo, coniugium tibi ab omni parte beatum
Votis meisq; comprecor:*

Luminis-

Lumina sint vobis fortunæ, turba malorum
Procul sit & molestia,
Non lis vlla sonet: suavis concordia regnet,
Iocosus quid dicite.
Peruigant vestri numerosa prole penates,
Pyliam senectam viuite.
Hæc rata vota velit nunc fœderis auctor honesti,
Tædas iugales fanciens.
Sit præsto hîc vobis, permutet flumina Bacho
Cornu beans vos copiæ,


Isaac Gregorius.



Fa 1388,
80

Ink.

[Handwritten signature]



B.I.G.

Farbkarte #13

nuptias
TATE
VTE ET
ORNATISS. IV.
Volfgangi, V. cl. Dn. M.
Kiesvvetteri, illustris gy-
raborum professoris
F. Sponsi.
MÆ VIRGINIS
nestissimi viri Dn. Ludovi-
olai cuius Servestani
F. Sponsæ.
conscripta à consangui-
neis & amicis.
VESTÆ
Bonaventura Faber
ANNO XCVI.

47

